



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

30. S. Catharina Senensis Abbatissa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Festum S. Catharinæ Senensis
 Monialium sub regula. S. P. Domi-
 nici pugnantium Archiducissæ
 zelosissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

O Fili! quomodo nostros inchoavi-
 mus annos? Ucinam inchoassemus
 cum S. Catharina! Hæc jam septennis
 se totam votò perpetuæ Virginitatis de-
 sponsaverat Christo. Citò operatur
 Christi gratia, si non impediatur cor-
 ruptâ naturâ.

Instructio meritoria.

Ut eant animæ plurimæ in exemplum
 Virginis hujus innocentissimæ, missò-
 que mundò in monasteriis angelicè ser-
 viant Christo, offeramus 12. actus spe-
 cialis in oculis & sensibus modestiæ cum
 Lytaniis de omnibus sanctis ex ordine S.
 P. Dominici. Qualis Pater, talis filia.

II.

Sponsam hanc sibi dilectam quomodo
 honorabat Sponsus Cœlestis? Im-
 pressionem Sacrorum stigmatum. Ob-
 tulit & Coronas, auream unam, spineam
 alte-

alteram. Quid Catharina? Spineam accipit; rejicit illam, sibi dicens: quale Caput, tale & membrum sit. Christus Jesus sub spinis: & ego. Fili! Non rosis strata est via ad coelum. Aliam quaeramus, & quidem illam ipsam, quæ nobis monstrata ad montem Calvaria.

Instructio meritoria.

Feriam sextam aut silentiõ, aut jejunio aut aliõ S. rigoris actu veneremur, ut vel in cordibus religiosorum piorum memoria, & amor Passionis Dominicæ radicetur solidè. Desuper rosarium dolorosum in honorem quinque vulnerum Jesu recitemus. In his dulcis requies, & potens securitas. Faciamus hinc nobis quinque tabernacula!

III.

UT iret S. Catharina semper, & ubique cum Deo, quid excogitavit? Per singulos scalæ gradus, per quos ascendere de die debuit sæpius, totidem & *Ave Maria* recitavit. Profectò his gradibus pervenitur ad Deum, & Mariam. Fili! ah! Cur ita vagabundi? In recollectione tam rari? Est Deus à latere:

O 2

&

316 Fer. VI. post Oct. Pasch. SS. Lanceæ.
& non novimus! quanta mortalium ob-
livio!

Instructio meritoria.

Praxis hæc sancta sanctam reddidit Ca-
tharinam. Assumamus & nos, & hodie
id ter præstemus, ut vel Deus per meri-
ta Mariæ nobis conferat spiritum veræ
compunctionis, & internæ recollectio-
nis. Ad supremum verò scilicet gradum
si pervenerimus, flectamus, & cum *Sal-
ve Regina* gratias agamus Deo, & Ma-
riæ pro submissa merendi occasione.
Qui pius est, occulta excogitat, qui-
bûs sese quotidie Deo, & Mariæ magis
uniat. Periculosa res, portare thesau-
rum publicè in via!

Festum SS. Lanceæ, & Clavo-
rum Domini Nostri Jesu Christi pro
Consolatione Afflictorum.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili! Noveritne, quid debeat patienti
Domino? Omnia vestra in eum in-
surrexerunt membra; quia facta iniqui-
tatis instrumenta. Ideò & Jesus patitur
pro vobis totus, patitur tremenda: pa-
titur